

lippo erāt, prælio aptarū, constratarū ad tres & quinquaginta, & cum his minora apertaq; nauigia: Lembi uero cum pistribus centum quinquaginta: eas enim naues, quæ Sami erant, non potuit omnes instruere. Hostium autem naues erant, constratae quidem sexaginta quinque cum Byzātinis. Cum his præterea nouem trieremiolię, triremesq; tres adstiterant: factoque pugnae naualis initio ab Attali naue, continuo omnes quæ propius aderant, nulla egētes cohortatione inter se cōcurrerunt. Attalus quidē impetū faciens in osterē, inferensq; ei uulnus graue, quaque aquā reciperet: cūq; diutius hi qui in catastrophe erant, propugnaret, tandē nauē ipsam depressit. At Philippi deceres quæ princeps erat, in hostiū potestate redacta est, idq; casu inopinato. Nam cū in ipsam cōcurreret trieremiolia, hanc icū graui, ad medium uentrem, post eam partem qua thranites scalmus collocari solet, fauciauit: eiq; continebatur, gubernatore non amplius ualēte retinere nauis impetum. Quare cum nauis ei adhæresceret, ualde impedita erat: nec satis regi flectiq; poterat. Quo tēpore duæ quinqueremes impetu facto duabus ex partibus eam conuulnerarunt: nauemq; ipsam cum propugnatoribus depresserūt, & in iis Dinocratē, qui Philippi nauarchus erat. Per id etiā tempus Dionsodorus & Dinocrates, qui fratres & sub Attalo nauarchi erant, impetū facientes: hic quidem in hepterem hostiū, alter uero in osterem, casu decertandi admirabili uisi sunt. Dinocrates quidē in osterem cōcursu factio, ipse uulnus accepit paulo supra aquam, cum nauis ipsa sine stira esset: conuulnerata autem ab se naue hostium ad eam partem, qua mari demergitur, initio quidem non potuit ab ea se expedire, etiam si non semel conatus sit inhibere. Quare cum Macedones fortissimē sese defenderent